

- 62 Sicut de communi non deducunt. debita contracta ab altero ex fratribus sui honoris gratia.
- 63 Fallit hoc in fratribus, qui socij sunt omnium bonorum.
- 64 Socius singularis, & frater vnâ simpliciter viuens cum fratre, modicas expensas non repetit; quia eas donare videtur.
- 65 Fallit in minore, qui modicam etiam impensam repetere potest, Nam minor donare non potest.
- 66 Expensæ factæ à Patre pro emendis vestibus Uxori vnus ex filijs, tempore diuisionis imputantur in partem illius, si vestes pretiosæ sint, secus si viles.
- 67 Expensæ extra rem societatis factæ, de communibus bonis soluenda non sunt.
- 68 Expensæ modicæ factæ extra rem societatis, etiam solutæ non repetuntur, à consocio, & quomodo hoc procedat.
- 69 Salarium retentum ab vno ex socijs pro mercede sui laboris non imputabitur societati, sed in partem ipsius.
- 70 Dicitio taxatiua affirmat illud quod ponit, & excludit omne aliud.
- 71 Soluitur salarium socio de communi, quando ita consuetudo postulare.
- 72 Quod consuetum est fieri, pro expresso habetur.
- 73 Ea quæ sunt in consuetudine, videtur deducta in conuentione, & in contractu.
- 74 Actus humani interpretationem à consuetudine recipiunt.
- 75 Consuetudo contrahentium ante omnia attendi debet.
- 76 Contrahentes præsumuntur apponere in contractibus ea quæ soliti sunt facere, & quæ solita sunt fieri in regione.
- 77 Expensæ quas socius singularis domi suæ necessariò fecisset de communi non deducuntur.
- 78 Contraria Siluestri sententia, adducitur, & conciliatur cum suprascripta.
- 81 Expensas non recuperat socius qui suo proprio nomine expendit.
- 82 Non repetuntur expensæ factæ ultra bursam.
- 83 Colonus facere & mundare tenetur fossata quæ sunt ad vtilitatem temporis quo conduxit; secus quæ ad vtilitatem perpetuam.
- 84 Quæ in consuetudine regionis sunt veniunt in contractu.
- 85 Colonus qui conduxit fundum ad medietatem fructuum omnes expensas facere tenetur quæ necessaria sunt pro recolligendis fructibus, secus si ad perpetuam vtilitatem sunt, nam Dominus tunc integras soluere tenetur.
- 86 Collectæ solui debent à Domino non à Colono.
- 87 Dubium super salutatione collectarum adducitur & soluitur.
- 88 Fructus qui dantur pro operibus, fructus dici non possunt.
- 89 Colonus deferre tenetur fructus ad domum Domini proprijs expensis.
- 90 Fallit tribus in casibus.
- 91 Consuetudo est semper obseruanda, quia tacitè inest contractui.
- 92 Pacto standum est cum contractus ex illo legem accipiant.

CAPVT OCTAVVM.

De expensis.

- R**egulam in hoc octauo capite constituo affirmatiuam, quod, scilicet expensæ factæ ab altero sociorum imputentur societati: prout loquens de omnium bonorum societate tex. est. in l. societatem vniuersarum, ff. pro socio, & l. cum duob. §. sagariam, ff. pro socio.
- 1 Sicut enim socij omnium bonorum omnia lucra vndecumq; & qualitercumq; quæ sita debent communicari. l. 3. §. cum specialiter, ff. pro socio. Ita omnia damna & expensæ vndecumq; & qualitercumq; prouenientia erunt communicanda. d. l. cum duobus.
- 2 Amplia primo propositam regulam procedere etiam in constituenda dote filia vnus ex socijs omnium bonorum siue sint extranei, siue fratres; Nam tenent. de communi illam dotare. Hip. Marsil. in sing. 344. incip. taciturnitas. circ. fin. post Io. de Imol. cons. incip. in casu præmissio. dubio quarto. vbi teste eodem Hipp. Marsil. expressè dicit, quod dotes datae filiabus alicuius, intelliguntur datae de communibus bonis fratrum, si illi hoc sciebant, tacebant, & in contrarium non protestabantur Ita Hip. Marsil. qui ad hoc multas auctoritates & iura cumulat: Hanc quoque opinionem tenet Alex. cons. 70. primo dubio. lib. 5. Ruin. cons. 101. dub. 2. lib. 1. Socin. cons. 291. lib. 2. Butr. cons. 7. Ruin. cons. 121. col. 1. lib. 5. Dec. in l. quod locum. col. pen. C. de collat. & cons. 66. dubio 2. & Bald. cons. incipien. In Christi nomine Amen, factum est tale, Ventrucius & c. vbi consuluit filiam vnus ex socijs omnium bonorum de communi debere dotari, & faciunt dicta per Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 127. Vbi sentit socium omnium bonorum tempore diuisionis non posse repetere à socio partem dotis, quæ ex bonis communibus data fuit filia alterius socij, & hanc opinionem esse magis receptam testatur, vt apud Ias. auth. quod locum num. 6. Multos etiam retulit Rolan. à Valle. cons. 91. num. 45. & 47. lib. 1. Vbi multis adductis argumentis hanc probauit, & Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 88. num. 40. loquens in fratre dotante dicit præsumi donationem ita vt repeti non possit. & Pet. de vba. tract. de duob. frat. p. 6. quest. 9. Vbi ad partes disputat, & multa pulchra argumenta pro hac adducit, & in fine dicit, quem adherere posse cui opinioni maluerit.
- 3 Contra hanc ampliationem vide inferioris limitationem quartâ n.... & quoniam passus dubiosissimus est, cogita.
- 4 Amplia secundo regulam procedere etiam in expensis erogatis in honorem vnus ex filijs sociorum omnium bonorum, puta, pro Doct. ratu, militia, & similibus, v. g. cum filius ducit vxorem, vel cum filia nuptui

peui tradatur; Nam hoc casu quod tales impensa fieri debeant de communi fuit de mente *Bal. in add. ad tract. Bar. de duob. fratrib. §. i. quæro. nu. 28. fol. mibi 114. & Pet. de Vbal. loco inferius proximè citato per tex. in l. si societatem vniuersarum, ff. pro socio. cum similibus, & per tex. in l. ex parte, §. filius. ff. fam. ercisc.* Vbi ex communi deduci debet, quidquid erogatur in honorem filij, vnius ex socijs, & facit *l. cum duobus, §. socium vniuers. ff. pro socio.* Vbi omne quod socius omnium bonorum acquisiuit occasione filij sui, debet socio communicare. Ergo ex communi etiam debet deduci quidquid expendit occasione filij, contrariorum enim eadem est natura, d. *§. socium. versic. per contrarium, cum simill. & Oinot. Inst. de his. qui sui, vel al. iur. nu. 3. & Oinot. Inst. de societ. §. illud expeditum nu. 2.* Vbi quomodo hæc propositio procedat declaratur. His, & alijs pulcherrimis rationibus probat hanc opinionem *Pet. de Vbal. tract. de duob. fratr. par. 6. quæst. 8. & Corn. cons. 58. num. 10. & seq. vol. 4.* Sed hanc damnat *Franc. Viu. comun. opin. lib. 1. opin. 338. num. 4.* vbi contrariam sententiam magis communem esse testatur, & dicit Baldum ruditer tenuisse propositum in meliùs, & firmasse negatiuam *cons. 120.* de qua ego dicam inferius in limitatione quinta *num. 59.* & eam tamquam veriore probabo in fine.

Amplia tertio regulã etiã procedere in expensis factis à fratre vel socio, pro emendis libris fratri & consocio omnium bonorum qui est in studio; Nam hæc communes deberit esse, & non computantur in partem fratris studentis, ad tradita per *Bald. in infinitis locis. vt eum alleg. D. Iason. in Auth. quod locum. C. de collat.* Motus præsertim hac ratione quod in societate omnium bonorum non attenditur an vnus faciat maiores expensas quàm alius; quam propositionem probat etiam *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 127. nu. 1. & 2.* vbi multos citat, & limitat in fratribus socijs rei singularis, & dicam ego infra limitatione decima *versic. contra hanc opinionem num. 77.* Bene verum puto quod libri erunt etiam communes omnium fratrum sociorum, ex eo quod nomine communi, & de communi pecunia emuntur *arg. l. si vnus, §. si vnus, ff. pro socio; l. si quis societatem, ff. pro socio, & faciunt tradita per Rom. sing. 433. num. 1.* Vbi si frater rem emptam patiatu describi communi nomine esse emptam, dominium ipsius pro parte in alterum translatum esse censetur, quamplurima iura adducit, & quamplurimos Doctores quos apud eum vide; & vide quæ inferius dicam *cap. de lucro 10. ampliatione 8. num. 18.*

Quid autem dicendum sit quando Pater libros emisset vni ex filijs, an scilicet veniant in collatione nec ne, vide *Franc. Viu. comun. opin. lib. 1. opin. 324. num. 1.* vbi negatiuam partem probat, declarat & tres ampliationes ponit, & *Ang. Aret. inst. de societ. §. socius. nu. 9.* quam sententiam referam ego & probabo inferius ampliatione quinta *num. 13. 14.* & vide in hac materia *Bart. in l. 1. §. nec castrense. num. 1. de collat.* vbi casus

sus distinguit, & declarat; & post eum vide *Oinot. inst. lib. 4. de act. §. quedam actiones. versic. de act. fam. ercisc. num. 48. 49.* Vbi contrarias opiniones recenset, & *num. 50. 51. 52. 53.* magistraliter distinguit casus, & supradictas opiniones contrarias conciliat. & vide distinctius *Mansuer. in praxi tit. de societ. num. 23.*

Amplia quarto regulam procedere etiam quãdo frater siue omnium bonorum socius, occasione studij aliquod debitum contraxisset, nam si licitum fuit id est licite contractum, solui de communi tamquam as alienum. Ita *Bart. in d. l. 1. §. nec castrense. in fine. ff. de colat. per l. sed iulianus, §. pen. ff. ad maced.*

Amplia quinto regulam procedere etiam in expensis quam occasione studij, & Doctoratus, nuptiarum, & militiæ Pater fecit, pro vno ex filijs quæ post mortem Patris infimul viuunt. Nam siunt de patrimonio communi, & mortuo Patre iste filius non computat hos sumptus cum fratribus. *Bald. in auth. ex testamento, in 11. col. C. de col.* Vbi expensa Doctoratus facta per Patre non confertur. & *Oinot. inst. lib. 4. tit. de act. §. quedam actiones. versic. de act. fam. erc. num. 42.* Vbi subiungit aliquas fallentias quas apud eum vide, & *Vit. Nenaus. tract. de collat. quæst. 18. & Bart. in d. l. 1. §. nec castrense, in prin.* vbi dicit non venire in collationem quod à Patre dignitatis filij nomine datur, & determinat quod si alter frater vult deducere de communibus bonis quantum Pater expenderit occasionibus de quibus supra pro altero fratre, non potest, aliud à Patre dictum fuerit. hoc etiam tenet *Bald. in l. filia, num. 14. Cod. fam. ercisc. & Aug. inst. §. fin. de societ. & Cyn. in l. ex parte, §. filius, ff. fam. ercisc. & Iac. de Bel. dicit per d. §. socius.* quod decedente Patre vnus filius non potest detrahere ab hereditate paterna centum, si alia centum pro doctorando alio filio Pater impenderit. *facit quod not. per gl. Bart. & alios post tex. in l. 3. §. fin. ff. de mu. & ho. & tradit Pau. de Cast. sing. 7. num. 1.* vbi licet Pater viuens pro filio fecerit expensas Doctoratus, alter filius post mortem Patris non potest petere quod pro sui Doctoratu tantumdem, de communi expendatur. & vide *Franc. Viu. comun. opin. lib. 1. op. 324.* qui in expensis factis pro filio occasione studiorum tradit regulam, quod post mortem Patris inter fratres heredes nõ computentur hi sumptus, & ampliat hoc procedere tum in filio scholari qui viuo Patre Doctor euaderet, Tum in filio, qui vt ad bellum proficisceretur equos & arma à Patre habuit, tum etiam in expensis à Patre factis, vt filius scriptoriam Apostolicam, vel non Apostolicam, vel decurionatum adipisceretur. Ita *Franc. Viu. loc. citato,* qui communes opiniones dicit, & in vnoquoq; casu multorum DD. auctoritates aggregat.

Restringe tamen hanc quintam ampliationem, quando post mortem Patris, frater vnã cum alijs simpliciter viuens fecit sumptus ob honorem suum, puta in militia, in Doctoratu, in nuptijs &c. Nam de parte sua

- re sua hos sumptus fecisse tradit *Spec. lib. 4. de iudi. p. 11. n. 10. per iura optima ibi adducta, & Bal. in add. ad tract. Bart. de duob. fratr. §. 1. quæro. n. 12. mibi f. 114. Vbi frater debet militare suis sumptibus non de communi.*
- 16 **Intellige tamen primam hanc restrictionem locum non habere quando frater est socius omnium bonorum; Nam tunc supradictis sumptus facere debet de communi. dixi supra ampliacione tertia, & faciunt tradita per Bald. in add. ad tract. Bart. de duob. fratr. num. 28. ibi: Nisi sint socij omnium bonorum, & id. Bal. loco cit. num. 14. Vbi dicit veram esse supradictam nostram restrictionem quando non constat de societate inter fratres contracta. Et ratio esse potest ea quam diximus in regula, num. 2. nempe quia sicut socij omnium bonorum omnia lucra vndecumq; & qualitercumq; quæ sita debent communicari, l. 3. §. cum specialiter, ff. pro socio. Ita omnia damna & expensæ vndecumq; & qualitercumq; prouenientia erunt communicanda. l. cum duobus, ff. pro socio.**
- 17 **Intellige secundo hanc restrictionem locum non habere, quando specialiter inter fratres pactum fuisse, vt supradictus supradicti doctoratus, militia, & nuptiarum essent communes; Nam hoc casu licet sint singulares socij, de communi deducuntur. *Specul. lib. 4. de iudicij part. 18 11. num. 10. Ea forsitan ratione, quia contractus ex conuentione legem accipiunt. tex. est in l. legem. Cod. de pactis. & l. 1. §. si conueni, ff. depositi.***
- 19 **Amplia sexto regulam procedere etiam in expensis factis pro infirmitate vnus ex socijs omnium bonorum; expensæ enim hoc casu fiunt de communi; secus si vnus rei tantum essent socij, quia tunc de parte propria infirmi fieri debent. l. cum duobus, §. quidam sagariam, ff. pro socio, & l. socium qui in eo, §. si cum l. seq. ff. pro socio. Quod tamen intelligas velim nisi talis infirmitas emanauerit occasionaliter à societate, nam tunc de communi fieri debent. etiam si socij sint vnus rei iuribus inf. adducend. in 14. ampliacione num.**
- 21 **Amplia septimò regulam procedere etiam in Clerico Præbendato, qui habitat simul cum fratre suo Laico; Nam expensæ debent esse communes, & Clericus conferre debet peculium vsq; ad necessitatem. Ratio est quia si frater Laicus tenetur ei conferre, eodem modo & ipse tenetur conferre suo fratri Laico, vt sic à pari procedant. facit text. in c. 1. de al. pheu. ibi: ecclesia cultrix. & c.**
- 22 **Contrarium videtur tenere Bald. in l. sacrosancta, c. de episc. & cleric. quia peculium Clerici redactum est ad instar peculij quasi Castrensis, quod non confertur per ea quæ tradit Oinot. in l. tit. lib. 4. de act. §. actiones, num. 2. in fin. & Bart. in l. 1. §. nec Castrense, num. 4. versic. Dico ergo, per l. omnimodo. §. imputari. Cod. de inoffic. testamen. & facit tex. in l. filio. 12. c. de collat. & ibi notant Bart. & alij, & consului ego dum Licciana Ius dicerem in causa cuiusdam Presbyteri Lucæ à plebe Montis Simonis, qui vigore mei responsi obtinuit contra fratres.**

Sed

Sed procedit hæc opinio in ratione habitationis, nam in ratione mensæ communis putarem quod Clericus conferre deberet vsq; ad necessitatem.

- 24 **Amplia octauo regulam prædictam procedere etiam in expensis pro alendis filijs consocij omnium bonorum siue sint fratres siue sint extranei, vt quando consocius habet vxorem cum filijs, alter vero non habet vxorem, nec filios; Hoc enim casu filij & vxor de communi ali debent. ad tradita per Franc. Viuium, opinion. com. lib. 1. opin. 338. num. 7. in fine. Vbi pecunia expensa pro alimentis familiæ communis non repetitur, quia in dubio præsumitur donata. citat quamplurimos, & præsertim Paris. cons. ult. loco 23. vol. 2. & Ruin. consi. 101. num. 1. vol. 4. Huius ampliacionis octauæ ratio esse videtur, quia dos vxoris vnus socij retinetur in communi. l. actione, §. finali. & l. quod si eo, ff. pro socio. Sicut retinetur in communi quod quæritur per totam familiam. argum. tex. in l. sicut, ff. de op. lib. Ergo ex quo dos, & illa quæ per filios sunt quæ sita debent consocio communicari, meritò & communicandæ sunt expensæ factæ pro alendis filijs, & vxore vnus sociorum per iura à me superius tradita hoc eod. cap. ad regulam num. 2.**

- 27 **Amplia nono regulam procedere etiam in expensis factis ab infitore habente plenum mandatum à socijs vt in aliqua ciuitate resideret, ibique nomine eorum negociaretur; Nam si iusta ratione expensas fecerit, infitor, nempe in honorem sociorum & mercatorum qui secum contrahebant, societati eas imputabit. Est originalis opinio Bart. in l. filius familias, ff. de donatio, num. 7. & hanc tenuit Ant. Corset. sing. verb. expensa. 4. mibi fol. 258. num. 1. Vbi dicit Bartolum hanc quæstionem de facto habuisse, & affirmatiuam partem tenuisse.**

- 28 **Amplia decimo regulam procedere etiam in expensis nõ solum pro ut hucusq; dictum fuit factis à socijs omnium bonorum, verum etiam in factis à socijs singularibus; si enim occasione societatis fiunt expensæ, de communi debent fieri. *Specul. tit. de iudic. lib. 4. par. 2. nu. 7. Vbi casus distinguit, & inter alia, quando res alienum fuit manente societate, & occasione societatis contractum, de communibus bonis dicit esse soluendum; & pro hac ampliacione facit l. si vnus. §. si quid vnus, ff. pro soc. l. socium qui in eo, §. socius, & l. si fratres. 53. §. si quis ex socijs, ff. pro socio. Vbi imputantur societati impensæ omnes, quæ eiusdem occasione ab altero ex socijs factæ fuerunt; quare si quis plus altero ex socijs singularibus occasione societatis impenderit, illud plus repetere potest. secundum Ang. & Ias. in l. ult. Cod. de collat. num. 8. quos & multos alios refert Franc. Viui. com. op. lib. 1. opin. 338. num. 6. Vbi rationem ponit.***

- 29 **Amplia vndecimo regulam procedere etiam in expensis (& hæc ampliatio infertur ex precedenti) quæ fiunt occasione societatis, & in societate in qua vnus sociorum posuit pecuniam, alter verò operas; Nam**

Eponens

ponens operas communibus expensis offerari debet, non proprijs. *Orn. in S. de illa. instit. de societ. nu. 7.* Vbi etiam in *add. littera D.* dicit has expensas deducendas esse non ex sorte principali socij, sed ex lucro, si quod factum fuerit. *& Bal. post Cy. in l. 1. q. 7. col. 5. C. pro soc. vbi operas debet prestare socius sumptibus communibus, deductis tamen sumptibus quos ipse domi fecisset.*

Amplia duodecimo regulam (& hæc ampliatio venit illatiuè ex supra dictis) procedere etiam in expensis factis à socio vel fratre pro refectioe parietis communis; tunc enim cum in communi negotio impendatur communibus expensis debet reficil. *si vnus. S. si quid vnus. ff. pro socio. cum simill. supra citato hoc eod. cap. ampl. 10. num. 28. & Pet. de vbal. tractat. de duob. frat. part. 6. quæro quarto. verbo quæro.* Vbi subiungit quod si alter eorum communi nomine refecerit parietem, prout ei licitum est, etiam altero sociorum inuito, si tamè expedit, expensas potest repetere, & tria illi competunt remedia de quibus apud eundem *Pet. ad quem cum casus contigerit recurre.* Huius 12. Ampliationis restrictionem habebis infra hoc eodem cap. limitatione vndecima numero Et in materia huius ampliacionis vide *Hip. Mars. sing. 369. inc. mille hominum species. circ. medium.* Vbi dicit quod si socius non soluat partem suam expensarum in refectioe factarum, vna cum vsuris, infra quatuor menses, perdit dominium partes suæ, & illud acquiritur socio reficienti. Hæc sunt formalia verba *Hip. Mars. d. sing. qui testatur insuper idem dixisse Cepol. in tractat. vrb. seruit. sub rubr. de refectioe. in 4. col. & Ias. in repetit. l. quominus. in 23. col. ff. de flum. & tradit Ang. Aret. inst. de action. S. sequens. vers. sequitur in textu nu. 9.* Vbi hoc dictum singularissimè notandum scribit *tex. est etiam in l. 4. C. de edif. priu. & Cap. in cau. 199. cau. 59. & in sing. ver. 60. & faciūt tradita notā. per Franc. Crem. no. 89. incip. decidi pulchram causam; & vide cautelam singularem in hac materia traditam à Cap. cau. 83. inc. sapè.*

Restringe tamen has ampliaciones decimam, s. & vndecimam, cum sequq. procedere solum quando expensæ quæ imputandæ sunt societati tamquam occasione societatis factæ, necessariæ erunt, secundum *Iac. de Aret. in l. 1. Cod. pro socio. & tradit Azor. inst. Moral. par. 3. lib. 9. de soc. cap. 5. versic. 8. quæritur.* vbi multos casus ponit in quibus expensæ sunt necessariæ, & deduci debent de communi. Nempe, si conducantur iumenta, vel nauigia ad merces exportandas, vel traijciendas, vel dolia ad asseruandum vinum, mel, vel oleum, vel horrea ad frumentum recondendum, vel si aliquid impendatur ad merces ipsas meliores reddendas; Itur impensæ quas facit socius cum famulos conducit, vt illorum opera vtatur pro societate, Hæc *Azor. formaliter.*

Amplia decimotertio regulam procedere etiam (& infertur ex restrictione supra dicta) quando socius particularis negociationis iter faciens

ciens pro societate incideret in morbum; tunc enim expensæ factæ in medicos deducuntur de communi. *est tex. in l. cum duobus, S. damna. ff. pro socio, & per illum tex. Azor. inst. moral. lib. 9. par. 3. cap. 5. vers. 8. littera B, tit. de societ. & man. vbi has impensas esse occasione societatis & necessarias testatur.*

Amplia decimoquarto regulam; (& hæc ampliatio venit illatiuè ex supra dictis) procedere & quando frater, Maior. s. natus post mortem Patris magnos sumptus in domibus paternis facit, nam tunc communicantur inter fratres, & à minore eos pro parte repetet maior, si tales sumptus sunt necessarii, secus si nulla re urgente hoc fecisset. *facit, vltra citatos à me supra hoc eod. cap. versic. Restringe. num. 32. tex. in l. ex duob. frat. trib. ff. de neg. gest. vbi glossa super verbo: non habere: limitat hanc secundam partem, nisi fuerint sumptus mercales, nam tunc communes erunt, & maior repetet à minore.*

Amplia decimoquinto regulam procedere etiam in expensis factis pro emendis scilicet bobus, vel alijs faciendis similibus, ad colendas possessiones communes; Nam hæc communes esse debent, & si alter fratrum, vel sociorum de propria pecunia illos emerit, eam à fratribus pro eorum portionibus recuperat. *tex. est ad litteram. in l. ex duob. ff. de neg. gest. & tradit Bald. in l. filia cuius. in prin. Cod. fam. ercis. Quod intelligitur secundum Baldum in l. 1. Cod. qui test. fac. pos. Barbat. conf. 22. vol. 1. col. 4. & Corne. conf. 301. vol. 1. col. si. quando socij essent socij singulares, & fratres tantummodo vna & simpliciter viuerent, tunc enim illud plus quod alter ex socijs prædictis impenderet repetere posset: Hanc communem dicit opinionem *Iason. conf. 5. vol. 1. col. 1. & seq. quem refert Franc. Vin. com. opin. lib. 1. opin. 338. nu. 6.* hac ratione præsertim quia inter fratres vna simul simplici ter viuentes societas non intelligitur contracta. Tu aliam rationem adde nimirum hoc fieri, quia in re communi, & occasione rerum communium factæ fuerunt tales expensæ, quo casu & de communi debent deduci, ad egregiè tradita per *Azor. inst. moral. par. 3. lib. 9. cap. 5. versic. 8. quæritur. tit. de societ. & mandat. & facit optimè tex. in d. l. si vnus, S. si quid vno ff. pro soc. cum concord. supra allegatis hoc eod. cap. ampliat. num. 28. & seq.**

Limita tamen primò propositam regulam in expensis factis etiam à socio omnium bonotum pro implemento voti ab eodem facto, eundi v. g. ad B. V. Mariam Lauretanam; Nam eo casu expensæ corpori societatis non debere imputari, videntur *Pet. de vbal. tract. de duob. frat. par. princ. 6.* Vbi rationes ponit, & præsertim quia votum emittere, & votum adimplere salutem animæ respicit, & apud Deum est actus meritorius. *cap. magna. de voto.* Sed salus animæ quæ ex voto quæritur non potest participari cum socio, sed tantum coheret animæ vouentis *cap. licet. de voto. ita vt non transit ad alterius animam. cap. nisi cum pridem.*

de renunc. cum simil. Ergo tales expensæ communi corpori non imputa-
buntur, per regulam qui non sentit commodum &c. & facit à contrario sen-
su, l. si igitur. in ff. pro socio. Vbi etiam in societate omnium bonorum
40 ubi est lucrum, ibi debet esse damnum. Nec obstat tex. in l. si societatem,
S. ff. pro soc. quia ibi loquitur iuriconsultus in commodis temporali-
bus, quæ sunt communicabilia. Hæc quasi in totum sunt formalia ver-
ba dicti Petr. de Vbald. quæ ego transcribere non erubui, quia doctrina
est valde notanda.

Limita secundo regulam (& hæc limitatio venit illatine ex præce-
41 denti) nec etiam procedere quando vnus ex socijs etiam omnium bo-
norum dat eleemosynas pauperibus, erogat pecunias pro maritandis
puellis, vel pro contruendis ecclesijs; Nam his casibus tales expensæ
corpori societati videntur nec posse imputari. Petr. de Vbald. d. tract. de
duob. fratrib. par. princ. 6. Vbi rationem dicit esse quia hoc sibi soli pro-
dest, & ideo sibi soli debet expensas imputare, bona enim quæ quis facit
in hac vita, profunt ei ad promerendam vitam æternam. distinct. 3. S. si
quis autem. de pe. & ad hoc vt cor illius citius illustretur ad veram pœ-
nitentiam. distinct. 5. falsas. & dist. 3. S. fin. de pen. Hæc formaliter id. Petr.
de Vbald.

Limita tertio regulam quando vnus sociorum omnium bonorum,
43 penam aliquam soluit ex delicto proprio, tunc enim sibi soli imputari
debet impenfa. Ang. Aret. inst. de societ. S. manet. in fin. vbi hoc dicit no-
tandum quando sunt plures fratres, & socij omnium bonorum, & solu-
ta fuit condemnatio propter delictum vnus, nam illa condemnatio e-
rit imputanda tota in parte delinquentis. & est tex. in l. cum duobus, S. si
ad maleficium, ff. pro socio. & in l. si fratres, S. fin. ff. pro socio. & vide inf. cap.
de damno. limitat.

Sublimita supradictas tres limitationes primo quando socius om-
44 nium bonorum vouisset ire ad B. V. Mariam Lauretanam, vt ab infirmi-
tate liberaretur, & propter votum sanus effectus esset, vt de facto quo-
tidie miraculose videmus; Nam tunc de communi fieri debent expen-
45 sæ. id. Petr. de Vbald. tract. de duob. frat. par. 6. qui dicit hanc esse ratio-
nem, quia bona quæ fiunt in hac vita (vt in hoc casu) profunt etiam ad
bona temporalia consequenda. 22. quæst. 2. c. si quemlibet. Et ex hoc in-
46 fert dictis Petr. de Vbald. quod ex quo lucrum est commune, etiam ex-
pensa communis esse debeat. per l. si igitur. in fin. & per l. cum duobus, S.
quidam sagariam. in fin. ff. pro socio cum simil. ab eod. Petro. ibid. citatis.

Sublimita secundo easdem supradictas tres limitationes in casu quo
47 quis dat pauperibus consuetas, modicas, & quotidianas eleemosynas;
præsumitur enim hoc casu erogari de communi, pro animalibus illo-
rum qui bona reliquerunt, benefacienti enim benefacere tenemur. l.
sed & si lege, S. consuluit, ff. de pet. hered. Item & quando decimas consue-
tas

tas socius soluit. Ut est tex. in c. quicumque. de decim. 16. quæst. 7. & in c. de-
cima quæst. 1. Item denique quando socius vult adimplere votum patris,
qui eisdem bona reliquit. His enim casibus, ex quo istæ expensæ fa-
ciunt communi commodo, de communi solui debent, iurib. notissimis.
& l. cum duobus, S. item si in communem, & l. si vnus, S. si quid vnus, ff. pro
socio.

Aduerte tamen quod in dubio pro proprio commodo, factæ expen-
48 sæ intelliguntur supradictæ, eleemosinæ enim non debent fieri de alic-
no. c. sicut dignum. de hom. C. eam te, S. eos. de iureiur. c. cum tu. de vsur. c. tua
de decim. cum concordantibus. Nec obstant quod dixi in supradicta se-
cunda sublimitatione quotidianas distributiones intelligi de communi
fieri, si modicæ sint, nam responsio verum esse quando consuetudine ita
fit; aliàs facilius præsumimus donationem in modicis, quàm in ma-
49 gnis. facit quod dicit Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 88. num. 12. Vbi
loquens in filio in causa patris impendente, dicit præsumi donationem
si res modica sit, & ita post alios tenuisse Decium cons. 21. num. 7. in fin. te-
statur. & faciunt dicta per Bald. in l. si paterno. Cod. de neg. gest. iuncta l. si ser-
uus, ff. de donat. int. vir. & vxor. & faciunt tradita per me inf. hoc eod. cap.
limitatione. secundum doctrinam Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2.
cas. 127. num. 10.

Sublimita tertio tres supradictas limitationes in casu quo ille qui fe-
50 cerat delictum, furtum v. g. vel vsuram, eam scientibus socijs commu-
nicauit societati; si enim ex tali delicto pœnæ eleemosinas, & peregrina-
tiones ad B. V. M. in executione pœnitentiæ forsitan à sacerdote imposi-
tæ, fuerit soluturus, tunc expensæ societati imputantur: si enim socie-
tas sensit lucrum & commodum, æquum etiam esse videtur quod sentiat
51 incommodum, ad regulam vulgarem, & faciunt tradita per Guliel. Mayn. in
l. quod quis. num. 2. ff. de reg. iur. Vbi dicit quod si lucrum ex delicto pro-
ueniens collatum fuerit, potest socius illud de societate reassumere, si
fuerit condemnatus ad illud restituendum. & facit tex. in l. quod ex ma-
leficio. in ff. pro socio. et l. nec quicquid. ff. pro socio. Hæc quæ dixi in limita-
tionibus & sublimitationibus supradictis, dicta fuerunt etiam à Petro
de Vbald. d. tract. de duob. frat. par. 6. q. 6. sed quia nimis confusè inue-
niuntur apud eum (quod fit cum pace tanti viri dictum) ea transcribere
re quasi de verbo ad verbum minimè erubui.

Limita quarto regulam supradictam in expensis factis ab vno ex so-
52 cijs omnium bonorum pro constituenda dote filie alterius socij; Hoc
enim onus dotandi pertinere videtur ad patrem, non ad omnes socios,
& consequenter nec de communi dotandam esse videtur. Bar. de duob.
fratrib. S. 1. quæro num. 13. mibi fol. 114. Spetul. in tit. de iudic. lib. 4. partic.
11. S. sequitur. num. 11. & facit tex. à contr. sens. in l. si socius pro filia, ff. pro
socio. in uel. a gl. 1. quæ intelligit textum de socio omnium bonorum, &

decidit tunc solum dotem dandam esse de communibus bonis, quando hoc expresse actum est, & gl. in d.l. si socius pro filia. verb. non solum; & Oinot. Inst. de actionibus, §. quedam actiones. De actio. fam. etc. versic. circa predicta. num. 57. mibi fol. 442. Vbi etiam dicit Iasonem hanc opinionem consulendo & pronunciando semper tenuisse. Et huic opinioni in dubio adherendum esse voluit Iac. Butr. in l. 1. C. qui pro sua. iur. Rationes pulcherrimas pro hac parte adducit Pet. de Vbal. tract. de duob. frat. par. 6. quest. 9. Vbi in fine passum dubiosissimum putat.

Hanc limitationem sustinent Roman. cons. 145. num. 2. 4. 13. Dub. 2. Alex. cons. 154. lib. 2. cons. 87. lib. 4. Monferr. in l. si constanti. ff. sol. mat. Vbi de communi testatur; & magis communem dicit Socin. cons. 46. col. 5. lib. 1. licet cons. 192. dub. 4. lib. 2. hoc affirmet in tacita societate omnium bonorum, & in expressa contrarium sentire videatur; & Fer. in for. libel. cap. 3. num. 3. Vbi hanc tenet opinionem, nisi super hoc, pactum intercesserit speciale, per l. si socius. pro filia. ff. pro socio, & ibi ponit cum lativè multas auctoritates quas apud eum vide in additionibus. & antehos, Bald. & Cast. in l. si societatem uniuersorum. ff. pro socio, & quamplurimi alij quos refert Franc. Viuius. com. opi. libro primo opin. 338. num. 1.

- 53 Contra hanc opinionem vide sup. hoc eod. cap. Ampliationem primam, & si illi, vel huic opinioni malueris adherere, quod potes facere, quia passus dubiosissimus est, Iudicio Pet. de Vbal. tract. de duobus frat. d. quest. 9. in fine, non poteris de mendacio redargui. Cogita tamen; & scias hoc vnum quod Oinotamus Inst. de action. d. §. quedam actiones. De act. fam. etc. versic. circa predicta. num. 57. affirmat veram esse supradictam limitationem; sed eam sublimitat si frater socius omnium bonorum dotet eam de rebus communibus alijs fratribus scientibus, & non contradicentibus, nam hoc casu (inquit ipse) videntur fratres non contradicentes, nec in contrarium protestantes consentire, & donare suas partes filie alterius fratris favore scilicet dotis: Probat id Oinotamus hanc sublimitationem, per tex. in l. seruus communis. iunct. gl. ibi. ff. de don. int. vir. & vxor. Vbi (vt proprijs Oinotami verbis vtat) erant tres fratres, qui habebant vnam rem communem, vnus ex fratribus habebat vxorem, & alij non, & vxorem habens donabat rem comunem suæ vxori, alijs fratribus scientibus: Dicitur ibi, licet res illa non sit effecta
- 54 vxoris pro tertia parte, scilicet, mariti, cum donatio inter coniuges constante matrimonio regulariter non valeat. l. donationes. C. de donat. int. vir. & vxor. tamen effectam esse suam pro duabus reliquis partibus, quæ erant aliorum duorum fratrum, si sciuerunt, & non contradixerunt: Et gl. ibi assignat rationem, quia præsumitur eos voluisse donare ratione affinitatis: Si ergo hoc procedit ratione affinitatis quod taceus videtur donare, quanto magis procedet ratione fraternitatis? Hæc omnia Oinotamus de verbo ad verbum. Hoc etiam post Bald. &

Cast.

Cast. in d.l. si societatem uniuersorum. ff. pro socio. tenet Hip. Marsil. sing. 344. incip. taciturnitas. in fi. Vbi quamplurimos citat, & perpetua memoria dignum esse hoc dictum dicit. facit pro hac sententia quod habetur apud

56 Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. cas. 127. num. 1. & 2. Vbi in diuisione fratrum dicit non esse habendam rationem maioris impense ab altero eorum, erga filios, vel alijs de causis factæ, & refert ita affirmasse Ias. in l. ult. num. 4. in fi. C. de collat. Ias. cons. 5. col. 2. lib. 1. & cons. 2. col. 7. vers. 8. considerandum. lib. 3. cum alijs; Quod tamen limitat idem Menoch. num. 4. in fratribus socijs singularibus, isti enim impensas repetet maiores, rationibus pulcherrimis ab eo ibidem adductis. Et in proprijs Oinotami, & Marsilij terminis hoc etiam voluit Dec. cons. 66. in antepæ. col. in fi. & cons. 267. num. 2. pariter in fin. & plura loca recenset Alciat. tract. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 32. num. 1. & 2. & Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 1. cas. 88. num. 9. Vbi licet tradat quod consanguinitas non sufficiat ad faciendam præsumi donationem, vt probat num. 10. 11. 12. 13. & 14. Tamen num. 15. confirmat supradictam Oinotami, & Marsilij opinionem, propter taciturnitatem fratrum, quæ iuncta cum sanguinitate voluit præsumendâ esse donationem, & corroborat auctoritatibus quamplurimorum DD. & Bart. opinionem hoc modo declarat. & vide quæ scribit id. Menoch. loco cit. num. 40. cum seqq.

Postquam hæc scripsi inueni Fraciscum Viuium. com. opin. lib. 1. opin. 338. num. 1. Vbi posita hac opinione Oinotami, & supracitatorum, deinde contrariam refert, nimirum quod frater sciens, & patiens filiam fratris de communibus bonis dotari, non videatur hoc facere animo donandi, sed repetendi: Multas immò infinitas in hoc DD. auctoritates cumulat, & citat præsertim Cotta in memoriali. in verb. expensa. qui teste eodem Viuius explicat hanc esse magis communem opinionem, & ita tutè, & absque animæ discrimine iudicari & responderi posse eueniente casu; prout in facti cōtingentia istam Mediolani præualuisse sententiam testatur.

Ex his vide quantum in hoc casu discrepant inter se Doctores, & quantum dubius sit passus. Altera & altera sententia vera est, & ideo iuxta tuum arbitrium in hanc vel illam partem inclinare tibi fas erit. Iudica igitur & responde quomodo tibi placuerit, quia prout superius dixi de mendacio redargui noto poteris.

- 59 Limita quinto regulam supradictam non procedere in expensis factis in studio, & Doctoratu pro filio vnus ex socijs omnium bonorum, nam hoc casu non præsumuntur factæ de communi patrimonio, seu de capitali societatis, sed de parte tantum socij, idest Patris illius studetis. Ita post Spec. in tit. De iudic. §. sequitur, tenet Franc. Viui. com. opin. lib. 1. opin. 338. num. 4. Vbi dicit quod Baldus in addit. ad tract. Bart. de duob. frat. num. 28. & Pet. de Vbal. in tract. de duob. frat. par. 8. quest. 6. & Corne.

E 4 conf.

- conf. 58. num. 10. & seq. vol. 4. contrarium ruditer senserint, sed postea Baldum conf. 120. propositum reuocasse in melius, & hanc nostram limitationem firmasse, Vbi prout refert idem Vinius. num. 5. voluit significanter quod ubicumque libri empti forent per vnum ex socijs, vel fratribus durante societate omnium bonorum pro eius filio de communi pecunia, debeant computari in partem socij, qui est Pater illius filij studentis, & hanc esse veritatem, & magistraturam tam legatum quam consulentium testatur idem Vinius loco citato. num. 5. Vbi subiungit etiam sæpe sepius se ita consuluisse & iudicasse; Hanc tenet etiam Rol. à Val. conf. 91. num. 23. Vbi de magis communi testatur, & hanc ego probo verior, licet superius Ampliatione secunda contrariam sententiam retuli.
61. Limita sexto regulam non procedere in expensis factis in nuptijs vxoris post mortem patris, per alterum ex fratribus, & socijs, qui non sint socij omnium bonorum; Tunc enim de communi deduci non debent. dixi sup. hoc eodem cap. in Restrict. dd. Ampliat. 5. num. . . . & num. seq. & Spec. tradit in tit. de iudic. lib. 4. §. sequitur. num. 10. & tex. est multum notabilis in l. qui originem, §. ff. de mu. & bon. & l. ex parte, §. filius, ff. fam.
62. excis. Vbi debita contracta ab altero ex fratribus sui honoris gratia, confratri imputari non debent, quamuis paternam hereditatem indiuisam retineant, & quamuis viuens Pater, pro altero fratre sui honoris gratia contracta debita soluerit. facit ad hoc. l. si filium, ff. de mu. & ho. cum similibus, & Ang. Aret. Inst. de societ. §. socius. num. 5. vers. Quæro quid si. & ibid. apostil. littera A, & idem voluit Bart. de duob. frat. vers. deinde quæro. num. 20. & Bald. in addit. ad d. tract. Bart. De duob. frat. nu. 28. mibi fol. 114.
63. Vbi tamen hoc limitat si fratres sint socij omnium bonorum.
- Sublimita tamen hanc limitationem, quando frater vel socius modice pro altero fratre vel socio expenderit; Nam tunc licet sint socij singulares, in modicis expensis non attenditur an vnus plus altero impenderit, & non repetit qui modice pro altero impendit. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 2. cas. 127. num. 10. qui rationem ponit, & subiungit multum in hoc casu versandum esse Iudicis arbitrium, vt inspecta qualitate personarum cognoscat, quænam sit magna, quænam parua expensa, vt dilucet quæ æqualitas inter hos sit seruanda; & testatur idem sensisse Pet. de Vbald. quæst. 23. par. 6. tract. de duob. frat. Castren. Ang. & Dec. in l. vlt. Cod. de collat. Et hoc idem voluit in fratribus vna simpliciter viuentibus, & in socijs singularibus. Franc. Viui. com. opin. lib. 1. opin. 338. num. 7. Vbi tradit exempla in expensis factis pro alimentis, rationem reddit quia ipsa pecunia expensa in dubio præsumitur donata, & citat Bald. Ang. Cast. & Dec. in d. l. vltima. Cod. de collat. num. 4. & alios.
65. Hanc sublimitationem tamen declarat idem Menoch. loc. citato. num. 13. non procedere quando is qui plus altero impedit minor est 25. ann.

Nam

- Nam tunc modicam impensam, etiam posse repeti tenet; & hoc idem voluit etiam Pet. de Vbald. d. quæst. 23. ea ratione quia minor donare non potest. l. in causa, §. item relatum, ff. de min. Hæc Menoch.
66. Limita septimo regulam non procedere in expensis factis à Patre pro emendis vestibus pretiosis & perlis, vxori vnus ex filijs, qui post mortem Patris insimul viuunt & tamquam socij paternam substantiam indiuisam aliquo tempore retinent; Nam tales expensæ diuisionis tempore de communi non deducuntur, sed imputantur in partem filij, pro eo scilicet quod modò valent, nõ pro eo quo fuerunt emptæ. Bart. in l. 1. §. nec castrense. num. 9. & 10. ff. de collat. Vbi ita distinguendo dicit, Aut loquimur de vestibus vilibus, & in diuisione non veniunt, sed de communi deducuntur; Aut de vestibus pretiosis, & in diuisionem veniunt: Nec potest dici quod morte Socii donatio sit confirmata, quia non fuerunt dictæ res donatæ, sed ad vsum traditæ. Ita eleganter Bart. & post eum tradit Oinot. Instit. de Action. §. quædam actiones. versic. de act. fam. excis. num. 47. Vbi citat Bald. in l. filia. num. 14. C. fam. excis. & addit Mansuer. in praxi. tit. de Societ. num. 25. & vide Rom. conf. 146. & Fel. in c. iuravit. ad si. de probat. & Petr. de Vbald. tract. de duob. frat. par. 6. quæst. . . . Vbi dicit has res præsumi commodatas non donatas. l. vt cerid, §. interdum. . . . nisi magna dignitas, & diuitiarum cumulatio faceret præsumi contrarium. citat. l. filius, ff. de donatio. & l. si filia, ff. de leg. 3. secundum Bald. in add. ad tract. Bart. de duob. frat. Quod notandum est pro sublimitatione huius limitationis.
67. Limita octauo regulam non procedere in expensis factis in singulari societate, quando, scilicet, extra re societatis factæ fuerunt; Istas enim non soluendas esse de communibus bonis, tenet Specul. in tit. de iudic. lib. 4. part. 2. num. 7. per iura ibidem ab eo adducta. Vbi distinguit casus, & dicit. Aut debitum est contractum occasione communium bonorum, quod probari debet per contrahentem debitum, & de bonis communibus est soluendum; Aut non probat hoc, & tunc per eum tantum solui debet absque grauamine alterius. Ita Specul. Vbi etiam rationem reddit.
68. Sublimita tamen hanc limitationem in modicis impensis; Nam hæ non repetuntur, à consocio, adhibita tamen declaratione de qua dixi ego sup. hoc eod. cap. in sublimitat. ad limitat. 6. num. 64. & seq.
69. Limita nono regulam in certa quantitate pecuniæ quam vnus ex socijs sibi retinuit pro salario sui laboris; Hoc enim societati non imputabitur, sed erit in partem ipsius socij computandum in diuisione, tex. est. in l. cum duobus, §. si quis ex socijs, ff. pro socio. Ibi: Eos dumtaxat sumptus societati imputabit, qui in ea re impensi sunt; Et in terminis huius limitationis Petr. Gerat. in sing. 84. num. 4. refert Papienses tenere non debere fratrem, salarium fratri administranti, & dicit Fulgos. contrarium sensisse, sed tamen affirmasse se alias non vidisse obtentum cum hoc

hoc esset petendum. Ratio huius limitationis deducitur ex d. l. cū duob. S. si quis ex socijs, ff. pro socio. Nam dicitio taxatiua: dumtaxat posita in dicto textu licet non excludat alios sumptus similes, vtpote sumptus in re societatis impensos, per ea quæ tradit Socin. iun. in l. centurio. ff. de vulg. num. 284. & id. Socin. in rubr. tit. de nou. op. nunciat. lib. 2. num. 132. & Bart. in l. es alienum, per tex. ibi. num. 2. C. de præd. min. Ruin. in Rubr. ff. de op. nou. nunc. num. 22. & 23. Rip. in l. si constante. num. 82. & seq. ff. sol. matri. Cor. cons. 252. ante num. 2. vol. 1. Curt. Maio. cons. 75. num. 14. Io. Ceph. cons. 257. num. 24. vol. 2. Tamen excludit sumptus dissimiles, idest, quos in re societatis non impenduntur, prout est hoc salarium. Faciunt egregiè tractata per Bart. in l. vnica. num. 1. ff. si quis ius. dic. non. obt. Vbi dicitio taxatiua affirmat illud quod ponit, & excludit omne aliud: De hoc exempli dat, declarat, & iura optima adducit id. Bart. & vide quæ dicit Franc. Nel. in cons. crim. 47. num. 7. & 10. post. int. cons. crim. diuers. tom. 2. Vbi dicitio taxatiua excludit casus non expressos, citat l. solutum, S. si in sortem, ff. de pig. act. cap. 1. & ibi not. Archidiacon. vers. dumtaxat. De iure iur. lib. 6. & faciunt tradita per Petr. de Anch. in rub. De reg. iur. in 6. ver. Quarto quero. cum seq. Vbi teste eodem Franc. Nel. loco citato, dicit quod quando exceptio fit taxatiuè non potest fieri extensio illius exceptionis, & est tex. in l. 1. C. de pat. qui fil. dist. l. contractus. ff. de reg. iur. Corn. cons. 252. ante num. 3. vol. 1. & Io. And. in add. ad Specul. de allegat. & disput. 5. pro hoc.

71 Sublimita tamen hanc nonam limitationem in negocijs in quibus forsan propter magnum laborem, & industriam esset consuetudo soluendi consocio certum salarium de communi; Tunc enim soluitur de communi, licet de illo pactum non fuerit. Ratio est quia quod consuetum est fieri pro expresso habetur. l. si tibi pollienda. ff. de præscrip. & l. si vno. ff. locati. Et ea quæ sunt in consuetudine videntur deducta in conuentione. l. circa. Cod. locati, & Guliel. Mayn. in l. in omnibus, ff. de reg. iur. Vbi per tex. in l. licet, & l. excepto. C. locati. dicit quod consuetudo est obseruanda, quia videtur inesse tacite contractui; & subiungit omnino videndum esse Bart. in l. impense. ff. de imp. in reb. dor. fact. vbi alias multas concordantias. Huic optimè quadrant scripta per Aegid. Lusit. lib. 2. cōment. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. cap. 11. conuent. 3. num. 3. vbi generale dicit esse quod omnes humani actus interpretationem à consuetudine recipiant, vt per Mant. lib. 3. De ambig. conuen. num. 10. cum multis seqq. qui ad multas decisiones latissimè infert. Et per Tuscum præf. concl. iur. tom. 2. concl. 811. & 821. cum seq. littera C, & faciunt tradita per

75 Dec. in l. semper. in stipulat. ff. de reg. iur. num. 7. vbi teste eodem Aegidio contrahentium consuetudo prius attendi debet, & Ioan. Bolognet. in l. non solum, S. morte. ff. de op. nou. nunciatōment. num. 52. Vbi dicit quod contrahentes, in contractibus præsumuntur apponere, ea quæ soliti sunt

facere;

facere; & paulò post subiungit quod contrahentes præsumuntur facere ea, quæ solita sunt fieri in regione.

77 Limita decimo regulam non procedere in expensis quas socius singularis domi suæ necessariò fecisset; Nam hæc de communi non deducuntur. Ita limita Bald. in l. mutius. ff. pro socio, & id. Bald. in l. 1. Cod. pro socio. Nauar. in manual. cap. 17. num. 283. & Armil. verb. societas. num. 13. vbi hoc intelligit procedere nisi consuetudo aliter se habeat, secundum Ang.

78 Contra hanc limitationem est Siluestri. verbo societas. quæst. 12. qui sentit eas socium oportere deducere.

Hos refert Azor. instit. mor. part. 3. lib. 9. tit. de societate. cap. 5. quæst. 8. vbi ita conciliat, nobis (inquit) videtur non oportere deducere quando de hoc expresse conuenierit, aut quando gentis vel populi consuetudo habuerit vt sint communes; alioquin vera est Siluestri sententiam. Hæc Azorius.

79 Limita 11. regulam in casu quo consocius reficeret v. g. parietem communem, vel in eius locum idoneiorem subrogaret; Nam si primus paries erat sufficiens etiam ad supportanda pondera, alter socius impensus non reficit; Ita Petr. de Vbald. tract. de duob. frat. p. 6. quæst. 4. per tex. in l. parietem. ff. de seruit. vrb.

80 Limita 12. regulam (& hæc limitatio infertur ex præcedenti) quando socius commune molendinum vult reapertare, & illi meliores molas imponere. Tunc enim si molæ præsentis sufficerent, socius non tenetur ad tales impensas. d. l. parietem; & l. si edibus. ff. de damno inf. sec. secundum Ang. in d. l. parietem; & Petr. de Vbald. 11. quæst. 4. part. 6. Vbi hoc tenendum esse fixum cordi dicit.

81 Limita 13. regulam non procedere in expensis factis à socio proprio nomine, siue factæ fuerint in reficiendo parietem, vel domum ruinosam, siue aliquid aliud; Nam ex quo nomine suo reficit, nil de sumptu recuperat. id. Petr. de Vbald. loco supra citato, per tex. in l. si is qui, Cod. de edif. priu.

82 Limita 14. regulam quando socius tenens burfam, aliquid vltra burfam expenderit; Nam à socijs hoc repeti non posse, tenet Specul. lib. 4. tit. de iudic. §. 2. num. 8. per l. ab actione, S. si communis pecunia, ff. pro socio.

83 Limita 15. regulam non procedere in expensis factis à colono, in mandatione v. g. fossati, siue eiusdem constructione; Nam hæc communiter solui non debent, per dictum colonum, & dominum partiarium, sed modò tales expensæ spectant ad colonum, modò verò ad partiarium, secundum distinctionem, Bart. in l. prædia. S. ita legatum, num. 2. ff. de fund. instr. vbi colonus facere & mundare tenetur fossata, quæ sunt ad utilitatem temporis quo conduxit, non vero ad utilitatem perpetuam; & hoc idem repetit in l. ædiles, ff. de via pub. num. 30. & Bart. in l. impense

84 *impensa. num. 1. cum seqq. ff. de imp. in re dot. fact. vbi posita quaestione, & relatis contrarijs, tandem dicit quod inspicere debet consuetudo, ea enim quae in consuetudine regionis sunt, veniunt in contractu l. circa, C. locat. cum simul. ab eod. Bart. cit. Quod si nulla adsit consuetudo consulit, quod si purgatio fossati pertineret ad perpetuam utilitatem rei quia raro mundatur, tunc expensas non spectare ad colonum, quia necessariae sunt; si vero ad utilitatem presentis temporis tantum, quia omni anno forsitan debebat fieri, tunc pertinere ad colonum; & rationem dicit esse, quia ad colonum pertinet cultura agri. l. si mercedes, §. conductor, ff. locat. ergo ad ipsum pertinet constructio, vel purgatio fossati, quae cultura dicitur, l. 1. §. de eo opere, ff. de aqu. plu. arc. Hae inter alia ponit dicitur Bart. in d. l. impensa, per tot. & hunc sequitur latissime Pet. de Vbal. 85 tractat. de duob. frat. par. 6. quaest. 12. Vbi hanc eandem distinctionem ponit, & dicit tales expensas communiter non debere solui, nisi inter partes hoc esset actum, vel nisi in contractu consuetudo regionis extaret.*

Limita 16. regulam (& hae limitatio venit illatiue ex praecedenti) in expensis factis in agro locato colono pro fructuum medietate; Hae namque de communi deduci non debent, sed iuxta doctrinam in supradicta limitatione traditam, si fiunt expensae pro recolligendis fructibus, vel pro agricultura, laboratori imputantur, debet enim ipse integram medietatem fructuum domino reddere, agrumque colere. At si fiunt expensae ad perpetuam utilitatem, dominus eas integras solvere tenetur. Ita Pet. de Vbal. loco supra citato. secundum Iac. de Arcet. in l. fructus, ff. sol. mat. & Iac. But. in l. 1. Cod. de fruct. & lit. expen.

Limita 17. regulam in expensis factis a colono pro datis & collectis; 86 Nam ex eo quod de communi solui non debent, sed solum a Domino tex. est rotundus, in l. i. lib. 1. §. fin. Cod. de agr. & cen. lib. 1. 1. eas repeteret colonus a domino, vel indemnem se conseruare posset per retentionem fructuum. Bald. in l. cum duobus, §. si in coeunda, ff. pro socio. Vbi si colonus compelleretur ad soluendum tales collectas vel datas, dicit quod potius cogere de facto quam de iure.

Haec dubium facere videtur quod tradit Bart. in l. neque stipendium 87 num. 1. & ibi plenè in add. littera, G. ff. de imp. in reb. do. fact. vbi clarè qui percipit fructus debet tributa & collectas solvere: Ergo ex eo quod colonus fructus percipit, per eundem etiam soluendas esse collectas videtur. Cogita igitur pro solutione. Ego dicerem quod doctrina supradicta Bartoli locum habet in illis qui a re fructus percipiunt, ut sunt Domini, ad illos enim spectant fructus ratione fundi; Non autem habere locum in colonibus, qui non ratione fundi partem fructus percipiunt, sed solum ratione operarum in fundo factarum; Hi enim cum pro operibus, & pro seruitio dentur fructus dici non possunt, d. l. si duobus, §. si in coeunda, ff. pro socio; & Gem. cons. 143. Rip. lib. 1. respons. cap. 5. Anchar. in clemen.

clemen. 1. de preb. & post eos Franc. Viu. comm. opin. lib. 1. opin. 194. n. 5. vbi multos alios citat, & communem opinionem dicit.

Limita 18. regulam non procedere in expensis factis occasione portandorum fructuum ad domum domini; Nam hae de communi non deducuntur, sed colonus deferre eos tenetur proprijs sumptibus, facit, l. 2. C. de priu. dom. Aug. & ita sentit Pet. de Vbal. tract. de duob. frat. par. 6. qu. 14. & vide Bald. in l. acceptam, C. de usur. in quaest. 15. Ipse tamen Pet. de Vbaldis loco citato, duas ad hanc limitationem sublimitationes ponit. Quorum prima est quando colonus, & dominus, sunt diuersi territorij, secunda vero quando regionis consuetudo aliter se haberet: Illa fundat. in d. l. 2. C. de priu. & c. & in l. mediteranea ff. de anno. & trib. lib. 1. 1. 0. vbi nulla ciuitas debens tributa tenetur ea deferre ad extranea loca, & ratio redditur, quia in deferendo nimis grauaretur. Et ista fundatur in l. circa C. locat. cum simil. Vbi ea, quae sunt in consuetudine videntur deducta in conuentione. Et ad hoc faciunt, etiam tradita per Gul. Main. 91 in l. communibus ff. de reg. iur. vbi dicit, quod consuetudo est obseruanda, quia tacite inest contractui.

Adde tu tertiam sublimitationem, quando scilicet aliter inter partes 92 fuisset conuentum, tunc enim similes expensas colonus non facit, sed pacto standum est, cum contractus ex illo legem accipiant, vulg. l. 1. §. si conuenit, ff. de pos.

ARGUMENTVM.

Damnum inter socios quando communicetur.

SUMMARIVM.

- 1 Damnum communicatur inter socios.
- 2 Tunc est societas quando damna, & lucra communicantur.
- 3 Damnum communicatur in Societate, etiam si inter socios conuentio facta fuerit tantummodo de lucro.
- 4 De natura Societatis est vt conuentio facta super lucro intelligatur repetita super damno.
- 5 Contrariorum eadem est ratio, & disciplina, quod fallit in his, quae sunt stri-cti iuris, & quando contraria essent diuersae rationis.
- 6 Vbi est commodum alicuius rei, ibi & periculum esse debet.
- 7 Non valet pactum in Societate, quod unus capiat totum lucrum, alter totum damnum sentiat.
- 8 Damna & lucra inter socios debent esse communia, alias leonina Societas dicitur.
- 9 Contractus Societatis est usurarius quando in illo cauium est de certa quantitate,

- rate, ut pila volo decem annuam, non habendo respectum ad lucrum, licet dans pecuniam in se periculum susciperet.
- Commune est damnum si post finitam societatem, alter coram reemit merces sciens confocio & non contradicente.
- In societate animalium dama & impense sunt communes.
- Non solum communia sunt dama que obveniunt societati, sed ea etiam que patitur confocius ex causa societatis.
- Commune est damnum quando merces naufragio pereunt.
- Damnium commune non est quando socius res perdit, que sui honoris causa portat.
- 15 Damnium quod contingit in animalibus quando illis vitium socius ad usum deputatum commune est.
- 16 Damnium erit commune, quando latrones vi abulerint animalia, dum pastor in pasuis tempore consueto illa detinebat.
- 17 Culpa bilis non est qui facit id quod consuetum est fieri.
- 18 Casa fortuito damnium contingens commune est.
- 19 Casus fortuiti in iud. bone fidei non prestatantur, nec in contractu societatis.
- 20 Damnium est solius mercatoris quando vetularis ab hostibus fuerit casu expoliatus mercibus.
- 21 In societate in qua vnus ponit pecuniam, aler vero operas periculum est solium ponentis pecuniam, nisi aliter inter se pacto conuenierint.
- 22 Ponitur contraria sententia. Tac. de Arret. que probatur ab Authore, & conciliatur cum supra dicta.
- 23 Commune erit damnium inter socios, quando domus conducta combusta est, & nescitur cuius culpa.
- 24 Combustio domus debet casui fortuito ascribi.
- 25 Trasmittitur incendium factum culpa habitantis, nisi contrarium probetur. Et imm. 28. intelligitur de culpa lenissima.
- 26 Sibi impuet qui partem diligentem socium admisit.
- 27 Tenetur conductor de incendio culpa suorum domesticorum vto.
- 28 Non tenentur conductores de incendio, nisi probatum fuerit incendium lata vel leui culpa conductorum ortum esse.
- 29 De culpa lenissima conductor non tenetur, nisi aliter expresse conuenientia fuerit.
- 30 Damnium euictionis commune est inter fratres vel socios qui ad diuisionem conueniunt.
- 31 Diuisio sine a partibus facta, sine a Iudice habet vim permutationis.
- 32 Euictio prestanta est per fratrem, licet diuisio facta esset in iudicio per Iudicem.
- 33 Fallit quando fratres conueniunt expresse ut neuter esset obligatus de euictione.
- 34 De euictione non tenentur frater & socius, quando tempore diuisionis rem alienam

- nam scienter ei assignatam receperit.
- 35 De euictione non tenetur quis quando diuisio facta fuit per testimonium.
- 36 Commune est damnium quod in bonis patris vno patre aler ex fratribus dedit, ita ut in partem suam tempore diuisionis impudanda non sit.
- 37 Pater permitens filium percipere fructus bonorum hereditarium, et tacite donare videtur, & non compellitur filius tempore diuisionis illos fructus cum fratribus conferre.
- 38 Coniunctus sciens rem suam a coniuncto alienari, & tacite, alienationem confirmare prestatitur.
- 39 Pater contra emancipatum illi aliquid surripientem queritur actio, & illata ad heredes transtulit.
- 40 Imputatur in patrem suantis furtum factum a fratre post mortem Patris in rebus communibus.
- 41 Fur res furatas, iure restituitur tenetur, vel si non extant rebus furatarum estimationem.
- 42 Furtum domesticum punibile non videtur.
- 43 Intellige quo ad penam, non quo ad restitutionem.
- 44 Furtum proprie etiam dicitur quod in re communi fit.
- 45 Fur in dolo semper dicitur esse.
- 46 Damnium est commune quando vi flammis, vel tempestatis res communis damnificatur.
- 47 Tempestas inter casus fortuitos recensetur.
- 48 Qui factum hominis promisit de facto flammis non tenetur.
- 49 Quidam partem in societate quod vnus sentiat totum damnium, aler vero partem lucri habeat.
- 50 In societate cuius licet pacisci de parte lucri & damni sustinenda.
- 51 Commune non est damnium in societate, in qua vnus ponit pecuniam, aler operas, sed per primum est ponentis pecuniam, quando aduersa fortuna capitale sui diminuitur, & ponitur ratio.
- 52 Damnium operarum totum est ponentis operas, si facta societate nil reperitur nisi capitale saluum.
- 53 Proprium cuius est damnium quando facta societate ille remittit merces igno- rante socio.
- 54 Contrarium adducitur, & conciliatur.
- 55 Tacite renouata intelligitur societas, si patite socio, aler negocii conuincit.
- 56 Licet inter duos conueniatur de societate contradenda, tamen ante contrahendam societatem damnium commune non est.
- 57 Si perit pecunia ante collationem illius, dum forsitan illam destinabat conferre, damnium illius solum est, cuius est pecunia. Secus si post collationem.
- 58 Destinatio pro ipso facto habetur, & quomodo hoc procedat declarat.
- 59 Cuius socii proprium damnium erit, quod etiam occupatus negocij societatis, in patrimonio suo sensu.

- 60 *Dammum quod sentio ex eo quod sim tibi socius, meum proprium est, non commune.*
- 61 *Si per absentiam meam occasione societatis, quis alteri legauit, vel donauit, quod mihi erat legaturus vel donaturus, tale damnum meum est non commune.*
- Dammum quod euenit in actu exercenda societatis, sed ob causam qua societatem non concernat, vt quando socius dum negociatur pro societate vulneretur ab inimico, commune non est.*
- Dammum ipsius esse debet qui culpam, fraudem, vel dolum commisit.*
- Dammum quod euenit ex negligentia socij ex actoris, commune non erit, sed in parte exigentis assignandum.*
- 65 *Socius tenetur de fraude, dolo, latiori, lata, & leni culpa non de leuissima, nec de casu fortuito.*
- 66 *Dammum quod euenit, ob non seruata promissa, totum erit promissa non seruantis. Dubium proponitur, & soluitur num. seqq.*
- 67 *Socius promittens ad hoc vt in mora constituatur, necesse est illum interpellare.*
- 68 *Necessaria interpellatio non est quando in promissione interuenit Iuramentum.*
- 69 *Sine interpellatione promittens constituitur in mora quando promissio est faciendi, non autem dandi.*
- 70 *Promissio faciendi habet diem tacitam infra quam fieri possit arbitrio Iudicis.*
- 71 *Aduertentia Authoris circa interpellationem.*
- 72 *In promissione dandi necessaria est interpellatio, ad hoc vt quis ad interesse teneatur ex mora.*
- 73 *Pastoris tenentis in pascuis animalia tempore insolito damnum solum erit, si fur vel latro ea surripuerit.*
- 74 *In culpa est qui non facit id quod alij faciunt.*
- 75 *Dammum non erit pastoris, si tempore consueto in pascuis animalia tenebat, sed commune erit.*
- 76 *Fallit quando ratione nouae cause debuisset pastor adhibere maiorem diligentiam, siue custodiam, nam damnum totum erit illius.*
- 77 *Periculum proprium est non commune, si socius iter non consuetum facit cum mercibus.*
- 78 *Culpa est socij si derobatur in loco non solito commeari.*
- 79 *Commune est damnum si socius locum consuetum itineris non seruat, ob euitandam solutionem velt galis illiciti.*
- 80 *Sicut commune est damnum quando metu hostium, vel impetu maris, locum itineris vel nauigij non seruat.*
- 81 *Nemo tenetur suum iactare.*
- 82 *Fuga qua causaria dicitur secundum Bald. nullam culpae suspicionem inducit.*
- 83 *Dammum proprium illius est qui facit iter periculosum.*
- 84 *In culpa est qui transit per loca periculosa.*
- 85 *Socius si in mora fuit soluendi, damnum totum illi erit.*

- 86 *Fallit quando socius protestaretur se non posse habere copiam creditoris, & offerret se paratum soluere, quia tunc mora non committitur.*
- 87 *Mora cessat, ubi cessat petitio & interpellatio. Et committitur mora etiam per interpellationem extraiudicalem etiam vnicam, nisi sit electa Iudicij via non hoc casu non committitur nisi per contestationem.*
- 88 *In non liquidis mora non committitur.*
- 89 *Committunt moram mercatores quando obligati certo tempore non solunt.*
- 90 *Animalia data in foccitam, si naturaliter pereunt constante foccita, domino pereunt; Si culpa rustici pereunt, damnum rustici totum erit.*
- 91 *Dammum proprium erit domini etiam si animalia tradita fuerint aestimata, si naturaliter pereunt, secus si culpa rustici.*
- 92 *Estimatio non facit emptionem in contractibus non ordinatis ad Dominium.*
- 93 *Contraria Siluestri sententia adducitur, & conciliatur secundum Azorij distinctionem.*
- 94 *Commune est damnum in foccita, quando animalia tradita fuerunt aestimata, & casu fortuito pereunt.*
- 95 *Socius, etiam omnium bonorum si propter proprium maleficium condemnationem soluit, de proprio soluit, non de communi.*
- 96 *Fallit quando socius non sua culpa, sed Iudicis iniuria fuerit condemnatus.*
- 97 *Et etiam fallit quando lucrum ex illo maleficio fuisset socio communicatum.*
- 98 *Solui debet lucrum quaesitum ex maleficio, siue socius sit damnatus a Iudice, siue insus a Sacerdote.*
- 99 *Potest Episcopus socium qui lucratus fuerit partem usurarum cogere ad restitutionem.*
- 100 *Praeceptum Sacerdotis, sententia appellatur.*
- 101 *Condemnatio filij soluta per patrem, quibus casibus repeti non possit ab alio fratre tempore diuisionis, & quando possit in legitimam filij computari.*
- 102 *Dammum proprium debet esse delinquentis, etiam si domus communis propter tale delictum esset destruenda. & num. 103. & 104.*
- 103 *Delictum regulariter vnus alteri nocere non debet.*
- 104 *Pena non est sine delicto, & semper sequi debet suum authorem.*
- 105 *Talea soluta pro redemptione fratris in partem redempti debet imputari.*
- 106 *Contrarium opponitur, & soluitur.*
- 107 *Pater taleam soluens pro filio in partem filij illam non imputat.*
- 108 *Talea soluitur de communi quando socius certa negotiationem exercebat, inopinato eueniu captus fuit ab hostibus.*
- 109 *Fallit quando eam viam culpa ingressus est socius, quam nouit periculis expositam.*
- 110 *Talea pro redemptione socij soluitur de communi, quando socij sunt omnium bonorum.*
- 111 *Fallit quando socius omnium bonorum propter proprium maleficium captus fuerit.*